BIBLIA LATINA, BD. 2
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh. Seite 143v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Et erit fortitudo eorum in direpti
onem. et domus eorum in desertum
Et edificabunt domos. et non hita
bunt in eis. et planctabunt vineas
et non bibent vinum earum. Juxta
est dies domini magnus et velox
nimis. Vox diei domini amara tri
bulabitur ibi fortis. Dies illa di
es ire. dies tribulacionis. et angus
tie. dies calamitatis et miserie dies
tenebrarum et caliginis. dies nebu
le et turbinis. dies tube et clangoris
super civitates munitas. et super an
gulos excelsos. et tribulabo homines
et ambulabunt ut ceci quia domino
peccaverunt. et effundetur sanguis
sicut humus et corpora eorum sicut
stercora. Sed et argentum eorum
et aurum eorum non poterit eos libe
rare in die ire domini. In igne ze
li eius devorabitur omnis terra.
quia consummacionem cum festinaci
one faciet cunctis habitantibus ter

Convenite congre ¶ ram
gramini II
gens non amabilis priusquam
pariat iussio quasi pulverem tran
seuntem diem. antequam veniat super
vos ira furoris domini. antequam
veniat super vos dies indignacionis
eius. Querite dominum omnes
mansueti terre qui iudicium eius
estis operati. querite iustum. querite
mansuetum. si quomodo absconda
mini in die ire furoris domini. quia
gaza destructa erit. et ascalon in
desertum. Azotum in meridie ei
cient. et accaron eradicabitur. ve

qui habitatis funiculum maris gens
perditorum. Verbum domini super
vos. terra chanaan. terra philistin
orum. Et disperdam te. ita ut non
sit inhabitator. Et erit funiculus ma
ris requies pastoris. et caule pecorum
Et erit funiculus eius qui remanet
sit de domo iuda. ibi pascentur in
domibus ascalonis. ad vesperam
requiescent quia visitavit eos do
minus deus eorum. et avertit cap
tivitatem eorum. Audivi opprobrium
moab. et blasphemias filiorum amon.
qui exprobraverunt populo meo. et
magnificati sunt super terminos
eorum. Propterea vivo ego dicit do
minus deus exercituum deus israel.
Quia moab ut sodoma erit. et filii
amon quasi gomorra. Siccitas
spinarum et acervi salis. et deser
tum usque in eternum. Reliquie
populi mei diripient illos. residui
gentis mee possidebunt eos. hoc
enim eveniet eis pro superbia sua.
quia blasphemaverunt. et magnificati
sunt super populum domini exercituum.
Horribilis dominus super eos. et at
tenuabit omnes deos terre. et ado
rabunt eum ~~omnes deos terre~~ viri
de loco suo. Omnes insule gentium
sed et vos ethiopes interfecti gladio
meo eritis. Et extendet manum
suam super aquilonem. Et perdet
assur. et ponat speciosam in solitu
dinem et in invium. et quasi deser
tum. et accubabunt in medio eius
omnes greges bestie et gentium
et onoccalus. et hericius in limi